Uxor MECHTILDIS filia LUDOVICI Comit. Würtemb. & Mompelg. qui apud Vracenſes aulæ ſedem habuit, ibique Cœnobium Gütelſtein. fundavit: Anno 1438. Hæc MECHTILDIS frattem habuit EBERH. BARBATUM, qui primus Dux Würtemb. eſt ſalutatus, à Maxim. I. Cæſare.

CARMEN ULRICI BOLLINGERI.

EX Adavis quintus fama ſuper æthera notus,
Heſſorum Princeps hic LUDOVICUS adeſt.
Et laudis conſors & nominis ille paterni,
In commune bonum commoda multa tulit.
Saxonica genitrice ſatus, Fortiſſimus Heros,
In Caſſellani ſede quievit agri.

MECHTILDIS LUDOVIC. COM. WYRTEMB. & Momp. filia; 5. Adavia paterna.

WYrtembergiacis generata parentibus uxor
MECHTILDIS peperit pignora pulchra thori.
Sunt hoc conjugio fœlici ſidere nati
VVILHELMUS Major frater, & inde Minor.

Sextus Adavus & Adavia paterna

Illuſtriſſ. Princ. & Dominorum,

Dn. IOANN. FRIDERICI SPONSI, ET Dominor. Fratrum Ducum. Wyrtemb. C. M.

MAGNUS II. Dux Megapolenſis & Vandaliæ: Princeps ingenio & animo magno: Fortuna uſus proſpera: cum ULRICO Duce Stargardiæ terram ſanctam (pro more illor. temporum) inviſit: Hoc extincto hæres ipſe Stargardiam poſſedit: Anno Domini 1471. Cathedralem Eccleſiam urbis Roſtoch. fundavit: Monaſteria Veſtalium, Rhenam & Sarentinam, filiabus